



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Praelatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

tia professionis, sed ad hoc ut possit probari pro, & contrà, & sic etiam testes coram quibus fieri debet professio, glos. in cap. rursus. in ver. apud Deum, qui Cler. vel monach.

P R E T I U M.

NE quis existimat, primum hanc solum forum exterius respicere, ne dum internum, prout multis in locis hujus operis licet videre, pretia quoque rerum non consistere punctualiter, seu indivisibiliter, verum suam habere latitudinem, hic volui admonere, una enim res potest valere nonaginta quinque pro pretio infimo, centum pro mediocri, & centum & quinque pro rigido: Aristot. 2. Ethic. cap. 6. D. Tho. 2. 2. qu. 77. art. 1. ad primum argum. in fine: Covar. lib. 2. cap. 3. numer. 1. var. refol. Navar. ca. 23. numer. 79. & sic potest intelligi l. in causa. §. idem Pomponius ff. de minor. & c. cum causa, de empt. & vend. &c quod dixi superius in ver. emptio. §. 2. & hoc pro dicendis nonnullis casibus, vel contractibus qui usurarii apparere possent, quive secus, Reverendissimus praefatis poterit deservire, prout e. in civitate, de usur. & Navar. ca. 17. numer. 206. Covar. loc. cit. numero 6. & 7 Et pro evitanda fraude (quantiplurimi) quod satis perniciosum est in conscientiis timoratis, nam pretium semel constitutum praefixum, seu electum, amplius variari nequit. Covar. lib. 2. c. 3. n. 7. var. refol.

P R A E L A T U S.

PRIMÒ Praefati largo modo dicuntur etiam Rectores Ecclesiarum parochialium, sed stricto modo solum qui habent jurisdictionem fori contentiosi, Abb. in ca. ne pro dilatione, n. 3. de panit. remiss. & in c. de multa, n. 61. de præbend. prælati communis usu loquendi, solum vocantur Episcopi, & eorum superiores, & præfecti Ecclesiarum Collegiarum Secularium, vel Regularium, Navar. consil. 6. de filiis presbyt. & appellatione prælatorum veniunt gradus superiorum Religiosorum, ut Priors, Guardiani, magistri, secundum quod diversa sunt nomina talium prælatorum, qui Religiosis præfunt, Glos. in cap. nullus religiosus, in ver. prælaturam, de elect. lib. 6.

Secundò, quando tenetur ad debita, & ad alia onera sui prædecessoris, & ad fructus male perceptos itidem, vide Boer. dec. 204. num. 48. & infra, vide Abb. in c. 1. de solut.

Tertiò, an possit excommunicare aliquem à se conventum, qui declinaret tuam jurisdictionem, dicens non sum de jurisdictione tua, vel non debeo tibi hæc jura, quæ tu à me petis, & super his ostendit instrumenta? Respondeatur negativè, sed causa agitur coram superiori, scilicet Archiepiscopo, si ille esset suffraganeus, vel coram Summo Pontifice, si esset Archiepiscopus: si vero non ostenderit, & quod petitur à Prælato, est notarium, potest tuac. illum excommunicare: Capyc. decis. 1. & 4. numer. 2. c. dilecto, de senten, excomm. lib. 6.

vide



vide Innocent. in cap. ex parte, numer. 3. de verb. signif.

Quarto, Prælatus successor an possit revocare contractum à suo prædecessore? vide Vincen. de Franch. decis. 163. n. 3. & c. 14. circa feudum concessum à prædecessore ante traditam possessionem, videlicet, in cap. si dominus, qui investivit, & c. si quis, in ver. fuerit, numero 2. Rubr. qui success. teneantur, & c. si vero. Archiepiscopus, numer. 2. eadem Rubr. vide Dyn. in Reg. Is qui, numero 5. & ibi addit. in littera E. de reg. iur. libro sexto.

Quintò, Prælatus successor potest petere fructus malè consumptos per Prælatum prædecessorem. Vinc. de Franch. decis. 107. numero 13.

Sexto, Prælatus an possit conferre beneficia ad suam collationem spectantia, vel præsentare ad jus patronatus, & sic etiam patronus laicus antea quam accipiat possessionem, vide, & distingue cum Rebuff. pract. benefic. de sim. in resignat. numero 25. & infra, & Roc. de Curte. tract. de jure patronat. in ver. ipso, vel 15. questio 2.

Septimò, Prælatus quando possit infudare, vide Hier. in cap. Epis. vel Abbatis.

Octavò, Prælato mortuo, custodia eorum pertinet ad Capitulum; Innoc. in c. 1. ut eccles. benef. n. 6.

Nondò, quæ differentia sit inter contractum factum à Prælato, & à Capitulo, circa obligationem successorum: vide eund. Innoc. in cap. nisi essent de præb. Covar. lib. 2. cap. 15. numero 6. var. refol.

Decimò, Prælatus an possit delegare alteri causam sanguinis, vel ipse esse de-

legatus Principis in dicta causa: vide in cap. Archiepiscopatu. de rapi. & cap. fin. ne cler. vel mon. libro 6. & Covar. in Clem. Si furiosus, 2. pag. 5. si in fine.

Undecimò, Prælatus non potest praetendere Ecclesiæ tam in acquisitis, quam in acquirendis, Caputq. decisio 359. pag. 2.

Duodecimò, Prælato Ecclesiæ collegiatae nullo jure præscriptum est certum tempus, intra quod teneatur ordinari, & monitus tenetur proximis temporibus promoveri, Navar. conf. 5. numero 1. de etat. & qual. nisi habeat curam animarum, o. licet Canon. de cler. lib. 6.

PRÆSCRIPTIO.

Primum, delicta præscribuntur spatium viginti annorum, & si tollitur accusatio, & officium Iudicis de jure civili, Boet. dec. 16 & Diaz. loc. cit. c. 156. & gl. in cap. admonere in v. . presentia 33. q. 2. Foller. pract. crimi. 1. pag. de form. judic. fol. 102. numero 13. tamen de jure Canon. sunt quædam delicta, quæ nullis temporibus præscribuntur, pater locis citatis.

Secundò, contra Ecclesiam, contra quam spatium quadraginta annorum præscribitur, incipit currere præscriptio, non à die, seu tempore successoris, sed subducitur tempus, quo vixit Prælatus, quem male alienavit, cap. si sacerdos, 16. questio 3. Guid. Pap. questio 150. idem in hospitilibus, quia eorum bona gaudent privilegio quadragesimæ præscriptionis, Panormi. in c. accedentibus, in 2. notab. de privilegiis. & in cap. 1. de restit. in integr. ubi hoc extendit ad omnia loca pia. Baldus

B' b tract

